



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Instrvctio R.P. Ignatii Balsamonis Societatis Iesu,  
Theologi. De Perfectione Religiosa, Et De Vera Recte  
Orandi & meditandi methodo**

Balsamo, Ignazio

Coloniæ Agrippinæ, 1612

Methodus acquirendi virtutes.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48888](#)

4. Cur eam constituerit : propter me, salutis, & profectus mei causa.
5. Quam sāpē in illius negligentia obseruantia deliquerim, de quo veniam à Domino precabor, cum dolore & firmo proposito deinceps perfectius illam adimplendi, atque hūc in finem cælestem à Deo gratiam flagitabo.

Altera methodus est : Plures simul Regulas vnius vel mediæ horæ spacio meditari, atque in singulis parūper immorari, considerando primū quid unaquæque contineat, quam sāpē in illam deliquerim, & reliqua quæ paulò ante posita sunt puncta, breuiter percurrente.

*Methodus acquirendi virtutes.*

**Q**uandoquidem Religiosus ratione vocationis suæ ad virtutum & perfectionis acquisitionem ut supra dictū est, obligatur, necesse est. Ut quibus potissimum modis ac medijs ex æcquiri valeant nouerit: nam ex eorum ignorantia tam multos cernimus Religiosos in suis imper-

70 DE PERFECTIONE

imperfectionibus conseruare, nec  
vel unicam virtutem in omni vita  
sua perfectè adipisci.

Virtutes omnes vel sunt infusæ,  
vel acquisitæ, id est, homo virtutes  
adipisci potest dupli ratione, vel  
per solam Dei gratiam, quæ virtutes  
& omnia bona largitur; vel per indu-  
strialiam & diligentiam, quam in illis  
acquirendis, Dei gratia adiutus col-  
locat. Pro qua ad usum adhibenda  
notabit sequentia documenta.

PRIMUM sit. Ei qui aliquam vir-  
tutem, exempli causa, humilitatem,  
adipisci cupiat hæc quinque esse ne-  
cessaria,

1. *Ingens eiusdem virtutis desiderium:*  
quod acquiritur expendendo eiusdem  
virtutis pulchritudinem, nobilitatem,  
necessitatem, & aliade quibus pau-  
lo post.

2. *Oratio*, qua eandem virtutem  
instantissimis à Deo precibus petat.

3. *Meditationes* frequentes de eadē  
virtute: in quibus quatuor hæc secū  
reuoluet. 1. Quantoperè virtus hæc  
Deo placeat. 2. Quam pulchra & ex-  
cellen;

cellens in seipsa sit. 3. Quam homini ad salutē sit necessaria. 4. Quam insignes utilitates & fructus possesso- ri suo adferat.

4. *Iuge exercitium, & quotidianus usus actuum tam internorum quam externorum, eiusdem virtutis.*

5. *Examen, quo semetipsum indies de defectibus contra hanc virtutem admissis, discutiat.*

Hæc quinque puncta, ut facilius memoria retinere atque ad usum conferre valeat, distichum hoc memoriæ commendabit.

*Exoptes, ores, meditare, opereris oportet  
Discutias crebro, si cupis esse bonus.*

II. Quamuis omnes virtutes æqualiter desiderandæ sint, attamen ut facilius acquiri & in habitum verti possint, vnica tantum assumenda est, in qua per mensem, annum, vel quamdiu necesse fuerit sese exerceat, illiusque actus tamdiu frequenter, quo usq; habitum virtutis huius acquisiuerit. Alioqui nunquam ad finem optatum pertinget.

III. Ante

22 DE PERFECTIONE

III. Ante omnia illæ virtutes diligendæ , & pro earum acquisitione desudandum est , quæ majoris momenti sunt, & quas quilibet sibi magis nouit esse necessariæ , deinde cæteræ paulatim assumendæ . Atque ut generatim de his aliquid dicam: duæ videntur esse præcipuæ & omnibus maximæ necessariæ virtutes , nimirum, humilitas & charitas.

IV. Proderit quoque plurimum ad virtutum acquisitionem , legere librum, vel libri alicuius capitulū, de virtute quam sibi quisque profitam habet, atque vitio illi oppositi tractantem.

V. Non parum etiam adiumenti adferet, si quis de eadem virtute elegatæ aliquot Sacræ scripturæ, sanctorum Patrum, aliorumque doctorum virorum, etiam Ethnicorum sententias memoriaræ commendet, easque sæpenumerò secum reuoluat.

VI. Ut ilissimum præterea erit, proponere sibi sanctorum qui in ea virtute maximè claruerunt exempla: præcipue vero Domini & saluatoris nostri

nostri Iesu Christi; Beatissimæ virgini Mariæ; Fundatoris ordinis quem quisque professus est.

*Epiſtola exhortatoria S. Thomæ, ad quendam, in qua proponit idoneū modum salubriter acquirendi ſapi-entiam ſive humanam ſive diuinam.*

*Et inter minora ipsius opera, o-  
pusculum 68.*

**Q**via quæſiuisti à me , frater in Christo mihi charissime qualiter te ſtudere oporteat in theſauro ſcientiæ acquirēdo; tale à me tibi ſuper hoc tra-ditur conſilium, vt per riuulos non ſta-tim in mare eligas introire, quia per fa-ciliora ad diſſiciliora oportet deuenire. Hac eſt ergo monitio mea & inſtructio tua.

1. Tardiloquum te eſſe iubeo , & tardè ad locutorium ascendentem.
2. Conſcientiæ puritatē amplectere
3. Orationi vacare non definas.
4. Cellam frequenter diligas, ſi viſ in cellam vinariam introduci.
5. Omnibus te amabilem exhibe.

E 6 Nihil